

SANCTISSIMI
IN CRISTO PATRIS
CLEMENTIS
PAPÆ XI
DIPLOMA

IN GRATIAM

Monialium Visitationis Sanctae Mariae.

CLEMENS PAPA XI

*Dilectis in Christo Filiabus
Monialibus Monasteriorum Or-
dinis Visitationis beatæ Ma-
riae Virginis immaculatae, a
sancto Francisco Salesioinstitu-
ti, ubivis existentium. Filiae,
Salutem & Apostolicam Bene-
dictionem. Pastoralis officii,*

divina dispensatione, humilitati nostrae crediti sollicitudo nos admonet, ut Sanctimonialium, quae, spretis hujus saeculi vanitatibus, divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo, sese manciparunt, paternam curam gerentes earum spirituales profectus, quo majori possumus studio, juvare atque provehere satagamus, ut vota sua Domino reddant abundanter in sanctitate & justitia coram ipso omnibus diebus suis. Ipsae siquidem Filiae sunt, quae oblitae populum suum & domum patris sui, provido consilio optimam partem elegerunt. Ipsae sunt Evangelicae Virgines, quae lampades

suas prudenter aptantes, coelesti Sponso obviam prodierunt. Ipsae demum sunt, ut beatus Cyprianus ait: flos Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, illustrior portio gregis Christi. Has porro inter sacras Virgines, sicuti vos, dilectae in Christo Filiae, singularis quodam paternae charitatis affectu prosequimur; ita sedulo curandum nobis esse intelligimus, ut susceptam beatissimae vitae rationem constanter retineatis, & in ea magis magisque procedatis usque ad perfectam diem. Vos itaque modo

alloquimur, vos adhortamur affectione potius quam potestate, electa germina sanctitatis; non quod adversi aliquid suspicemur de vobis, sed quia quo sublimior gloria vestra est, eo etiam major esse debet nostra & de perseverantia vestra sollicitudo, & de nequissimi tentatoris infestatione formido. Centesimus jam appropinquat annus ex quo Ordo vester a sanctissimo Praesule Francisco Salesio institutus, & Constitutionibus sapientia, discretione, ac suavitate mirabilibus instructus fuit. Interea temporis illius splendor in Ecclesia Dei tantum illuxit, ut ad centum supra quadraginta septem

Monasteria, sicut accepimus, propagatus jam sit. Unde manifeste deprehenditur & sanctistas instituti quod profiterini, dum ipsi divina bonitas felicia adeo contulit incrementa, & Christianarum virtutum odor, tum ex vobis, tum ex iis quae vos praecesserunt, circumquaque diffusus, dum tam multae per catholicum orbem nationes ad illud fovendum & suscipiendum, benedicente Domino, illectae sunt. Caeterum haec ipsa Ordinis vestri felix propagatio, haec ipsa virtutum vestrarum fama longe lateque diffusa, magnopere a vobis exigit, ut tanti nominis dignitatem & laudem tueri, ad ma-

jorem Dei gloriam, omni adhibito studio, contendatis; quod non alias certius assequi potestis, quam si saluberrimas Constitutiones & Monita vobis a sancto Institute relictis, quibus ad Christianam perfectionem iter tutum, expeditum ac planum sternitur, diligentissime custodiat, & quam maxime caveatis ne quid unquam novi in vos Ordinemque vestrum irrepit, quod vel eisdem Constitutionibus & Monitis adversari, vel etiam pias consuetudines, & observatam hactenus disciplinam ulla ex parte labefactare posse videatur. Qua in re, ubi oportuerit, Ordinariorum localium, quo-

rum jurisdictioni subestis, opem implorare nequaquam praetermittetis: futurum enim omnino confidimus, ut quod ipsis per has nostras Litteras enixe injungimus, necessitatibus vestris prompto alacrique animo semper adsint. & ne quid ullo saeculorum decursu, ulla temporum varietate in vobis immutetur, diligenter ac strenue curent. Jam vero ipsa saecularis anni celebratio, quae in Regularibus Ordinibus insignis imprimis habetur, religiosoque ac solemnii cultu peragi consuevit, a vobis vehementer exposcit, ut collata hactenus Ordini vestro a Deo optimo maximo ingentia beneficia

devoto gratoque animo recolentes, humiles illi ac uberrimas agatis gratias, & enixis accuratisque precibus ineffabilem ejus clementiam obsecratis, ut hoc maxime tempore Fundatoris vestri spiritum in vobis instauret atque vivificet, dictumque illud, Christianae sapientiae compendium, quod ipse ore semper ac mente repetebat, scilicet: Quidquid pro aeternitate non est, vanitas est, altissime cordibus vestris insigat; uberem insuper Christianarum virtutum accessionem, verum temporalium bonorum contemptum, divinarum rerum perfectum & efficax desiderium, vobis misericorditer lar

giatur; intellectum praeterea vestrum magis magisque illuminet, voluntatem inflammet, corpus emundet, animam sanctificet; quatenus ea tantum, quae Domini sunt, perpetuo cogitantes, sanctae sitis corpore & spiritu, & post praeclaros, quos hic agitis, de carne in carne triumphos, coronam justitiae quae legitime certantibus reposita in coelis est, a divino Sponso recipere mereamini. Hanc plane ex animo vobis optamus atque precamur, ac in ejusmodi felicitatis auspiciis vobis, dilectae in Christo Filiae, Apostolicam Benedictionem amanter impertimur. Datum Romae, apud Sanctam

*Mariam Majorem, sub annulo
Piscatoris, die 22. Junii 1709.
Pontificatus nostri anno nono.*

✠ ULISSUS-JOSEPH
Card. GOZZADINUS.

BULA

DE NUESTRO SANTÍSIMO PADRE
EL PAPA CLEMENTE XI

*Dada en favor de las Religio-
sas de la Visitación de Santa
Marta.*

Clemente, Papa XI, á nues-
tras amadas Hijas en Jesucristo
las Religiosas de los Monaste-
rios del Orden de la Visitación

de la Bienaventurada Virgen
María Inmaculada, fundado por
San Francisco de Sales, en cual-
quiera parte en que se hallaren.

Carísimas Hijas en Jesucristo:
Salud y bendición Apostólica.
La solicitud del cargo pastoral
confiado por la Providencia di-
vina á Nuestra humildad, exige
que tengamos el más paternal
cuidado de las Religiosas que,
despreciando las vanidades del
siglo, se han consagrado al ser-
vicio de Dios bajo el suave yugo
de la Religión, por lo cual, de-
bemos tratar de sostenerlas y
hacerlas progresar en el camino
espiritual, tanto cuanto pod-
mos hacerlo, á fin de que exac-
tamente cumplan los votos que

han hecho al Señor, caminando delante de El en santidad y justicia todos los días de su vida. Porque ellas son aquellas Hijas amadísimas que, olvidando su pueblo y la casa de su padre, con sabio consejo han elegido la mejor parte. Ellas son aquellas vírgenes del Evangelio que, habiendo prevenido sus lámparas con todas las precauciones posibles, han salido al encuentro del Esposo celestial. Ellas, en fin, sirviéndonos de las palabras de San Cipriano, son la flor del árbol de la Iglesia, la gloria y el ornamento de la gracia espiritual, una obra acabada é incorruptible de alabanza y honor, la más ilustre porción del reba-

ño de Jesucristo. Mas entre estas sagradas vírgenes, á vosotras, carísimas Hijas en Jesucristo, honramos con afecto singular de caridad paternal, que nos obliga á emplear todos nuestros esfuerzos, á fin de que constantemente observéis el perfectísimo género de vida que habéis abrazado, y que no ceséis de crecer y adelantar hasta llegar á la perfección del día. A vosotras, pues, nos dirigimos ahora; á vosotras exhortamos, frutos elegidos de santidad, no tanto por potestad como por amor, no porque temamos de vosotras nada que pueda desagradarnos, sino porque cuanto vuestra gloria es más sublime, tanto

mayor ha de ser nuestro celo por vuestra perseverancia, y nuestro temor de las emboscadas del maligno espíritu tentador. Henos aquí ya próximos al año centenario, después que vuestro Orden ha sido instituido por San Francisco de Sales, y recibido Constituciones admirables en sabiduría, discernimiento y suavidad. Durante este tiempo, vuestro Instituto se ha acrecentado, esparciendo hasta tal punto su esplendor en la Iglesia de Dios, que según se nos ha dicho, se cuentan ya fundados hasta ciento cuarenta y siete Monasterios, conociéndose claramente la santidad del Instituto que profesáis, por los grandes aumentos que la bondad

de Dios le ha concedido, así como el aroma de virtud cristiana que, tanto vosotras como las que os han precedido, han esparcido por todas partes; lo cual ha inclinado á las naciones del mundo cristiano á favorecer y recibir vuestro mencionado Instituto, por un efecto de la bendición del Señor.

Por lo demás, la feliz extensión de vuestro Orden, y la reputación de vuestra virtud, llevada hasta tan lejos, exige vivamente de vosotras que os esforcéis por conservar la grandeza y la gloria de tan gran nombre, para mayor gloria de Dios lo que no podréis conseguir más seguramente por vuestra parte,

sino con la diligente observancia de las saludables Constituciones y consejos que os ha dado vuestro santo Fundador, que os franquean un camino seguro, fácil y llano para la perfección cristiana; sirviéndoos de guarda, la vigilancia de no dejar introducir en vuestro Orden novedad alguna que contradiga dichas Constituciones y consejos, ó que pueda debilitar lo más mínimo vuestras piadosas costumbres, y la disciplina observada hasta el presente; que si esto acaeciére, debéis recurrir á la autoridad de los Ordinarios bajo cuya jurisdicción habéis sido establecidas, pues confiamos que en todo os socorrerán prontamente y con

gozo, y lo harán de suerte, que cosa alguna no se cambie en vuestro Orden en toda la continuación de los siglos, conforme por las presentes les recomendamos. Y como los Ordenes religiosos celebran devotamente su año secular, justo es que, pues os acercáis á este término, rindáis á Dios bondadoso y máximo, humildes y abundantes acciones de gracias por los beneficios recibidos; y que por ardientes oraciones, obtengáis de su misericordia que restaure y vivifique en vosotras el espíritu de vuestro santo Fundador, principalmente en esta ocasión, y que con mayor firmeza, imprima en vuestros corazones aquella máxima, com-

pendio de toda la sabiduría cristiana que constantemente tenía el santo en el espíritu y en la boca, á saber: *Todo lo que no sirve para la eternidad, no es más que vanidad*; que os conceda, además, benignamente, una excelente participación de las virtudes cristianas, un verdadero menosprecio de los bienes temporales, y un deseo perfecto y eficaz de las cosas divinas; que ilumine más y más vuestro entendimiento, inflame vuestra voluntad, purifique vuestro cuerpo y santifique vuestra alma, para que, constantemente ocupadas de lo que al Señor concierne, seáis santas de cuerpo y de alma; y después de haber triunfado acá

abajo de la carne en la misma carne, merezcáis recibir la corona de justicia que el divino Esposo prepara en el cielo para aquellos que combaten por la piedad. Esto es lo que de todo corazón os deseamos; y como presagio de dicha tan inapreciable, os concedemos, amadas Hijas en Jesucristo, la Bendición Apostólica.

Dado en Roma, en Santa María la Mayor, bajo el anillo del Pescador, el día veintidós de Junio de mil setecientos nueve, año noveno de nuestro Pontificado.

✠ ULYSSE JOSEPH,
Card. Gozzadini.
